statutum est. Sic papa auctoritatem obtinere debet regendi sanctam romanam ecclesiam. et dis-
ponendi facultatem illius. **De ceteris officiis que sunt in clero**

Hunc ordinem et ministeria clericorum. que tamen auctoritate pontificali in archidiaco-
num. et primicerium ac thesaurarii sollicitudine dividitur **De archidiaconibus**

Archidiaconus imperat subdiaconibus et levitis. ad quem pertinent ministeria
ea. Sollicitudo parrochiarum et ordinatio. et iurgia ad eum pertinent cura. Reparan-
dis diocesanis basilicis ipse suggerit sacerdoti. Inquirit parrochias cum iussione episcopi
et ornamenta. vel res basilicarum. vel parrochiarum gesta libertatum ecclesiasticarum episcopo
idem refert. collectam pecuniam de communione ipse accipit et episcopo defert. et cetera quae dicenda sunt e-
piscopalis providentie ministeria sub episcopo quasi in parte cure advocat in causis ecclesia-
sticis examinandis dispensat. **De primicerio**

Ad primicerium pertinent acoliti. exorciste. lectores. atque psalmiste. vel cantores. Signum
quoque dandum pro officio clericorum pro vite honestate. et officium cantandi. et peragendi sollicitudo. Le-
ctiones. benedictiones. psalmum. laudes. offertorium. et responsoria quis clericorum dicere de-
beat. ordo quoque et modus psallendi in choro pro sollempnitate et tempore. ordinatio quoque pro lumi-
naribus deportandis. Si quid etiam necessarium est pro reparatione basilicarum que sunt in urbe ipse
denuntiat sacerdoti. Epistolas episcopi pro diebus ieiuniorum parrochianis per hostiarios dirigit.
Clericos quos delinquere cognoscit ipse distringit. Quos non emendare invalet eorum excessum ad a-
gnitionem episcopi defert. Basilicarios ille constituit et matriculas ipse disponit. Quando primi-
cerius absens est vel negotiis predictas res ille exequitur qui ei aut loco est proximus aut eruditione
his explendis certus. **De thesaurario**

Ad thesaurarium pertinent hostiarii. basilicarum ordinatio. incensi preparatio. cura
crismatis conficiendi. cura baptisterii ordinandi. preparatio luminariorum in
sacrificio et sacrificiis. **Quando et quomodo ordinationes sunt faciende**

Ordinationes a sacris. sacerdotum presbiterorum et diaconorum non nisi certis temporibus fieri debere sancti patres
decreverunt. ieiunio quarti mensis. et septimi et decimi. et primi mensis quadragesimalis
ac mediante quadragesime die sabbati circa vesperam ieiunio celebrato. Quando vero episcopus or-
dinationes facere disponit omnes qui ad sacrum ministerium accedere volunt feria quarta ante ipsam
ordinationem evocandi sunt ad civitatem una cum presbiteris qui eos presentare debent. Tunc ergo episcopus